Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IERE

vestram neq audistis me firma
uerunt ergo filii ionadab filii re
chab preceptum patris sui quod
precepit eis. Populus autem iste
non obediuit michi. Idcirco hi dicit
dominus exercituum deus israel. Ec
ce ego adducam super iudam et si
omnes habitatores iherusalem omnem
affliccionem quam locutus sum ad
uersus illos eo quod locutus sum
ad illos et non audierunt uocauit
illos et non responderunt michi do
mui autem rechabitarum dixit iere
mias. Hec dicit dominus exercitu
um deus israel. Pro eo quod obedistis
precepto ionadab patris uestri et
custodistis omnia eius mandata et
fecistis uniuersa que precepit uo
bis. propterea hec dicit dominus ex
ercituum deus israel. Non deficiet uir
de stirpe ionadab filii rechab stans
in conspectu meo cunctis diebus

XXXVI

Et factum est in anno quarto ioac
him filii iosie regis iuda
factum est uerbum domini hoc
ad iheremiam a domino dicens
Tolle uolumen libri et scribes in eo
omnia uerba que locutus sum tibi
ad uersum israel et iudam et aduer
sum omnes gentes. a die qua locu
tus sum ad te. ex diebus iosie usq
ad diem hanc. Si forte audiant de
domo iuda uniuersa mala que ego
cogito facere eis. Reuertatur uni
quisq a uia sua pessima et propicia
ero iniquitati et peccato eorum. Vocauit
ergo iheremias baruch filium nerie

et scripsit baruch ex ore iheremie
omnes sermones domini quos lo
cutus est ad eum in uoluminе libri
Et precepit iheremias baruch di
cens. Ego clausus sum nec ualeo
ingredi in domum domini. Ingre
dere ergo tu et legis de uoluminе meo
scripsisti ex ore meo uerbum domini
audiente populo in domo domini in
die ieunii. insuper audiente om
ni iuda qui ueniunt de ciuita
tibus suis. Leges eis. si forte cadat
oratio eorum in conspectu domini
et reuertatur unusquisq a uia sua
pessima quoniam magnus furor e
t indignacio quam locutus sum est
dominus aduersus populum hunc
Et fecit baruch filius nerie iuxta
omnia que precepit ei iheremias
propheta legens ex uoluminе ser
mones domini in domo domini
factum est in anno quinto ioac
him filii iosie regis iuda in men
se nono predicauerunt ieunium in
conspectu domini omni populo i
herusalem et omni populo ui
que conflluxerat de ciuitatibus iu
da in iherusalem. Legitq baruch in
uoluminе sermones iheremie in
domo domini in gazophilacio ga
marie filii saphan scribe in uesti
bulo superiori in introitu nouе por
te domus domini audiente omni
populo. Cumq audisset micheas
filius gamarie filii saphan omnes
sermones domini ex libro descendit
in domum regis ad gazophilacium
scribe et ecce ibi omnes principes sed